cipatione Solis inuenio. Nam numero dignitatum in dictis locis, Mars habet 24. Sol uero 16, cæteros in hoc uincendo, ut hic appoſita tabella dignitatum eorundem oſtendit. Principem itaq; natiuitatis huius propoſitæ Martem eſſe cenſeo, Solem ipſi adiungendo, qui præter dictas dignitates quarum ſedecim obtinet in quinq; præcipuis locis etiam in perfecta amicabili cum Marte commixtione reperitur.

Significatores ſpiritus potentiæ intellectiuæ explorare.

SIgnificatores potentiæ intellectiuæ, ſunt Mercurius & Luna, iuxta mentem Ptolemæi, ſed nunc addunt Aſcendens. Hos in ordinem pone, & adſcribe cuilibet eorum ſeorſim dominum domus, exaltationis &c. ut ſupra per omnia. Huius rei accipe exemplum propoſitæ natiuitatis.

	Dom	Exal.	Tripli	Term	Faci.	Sign.
☿ 18 ♈	♂	☉	☉ ♂	☿	[illegible]	♂
☽ 19 ♏	♂	.	♀ ☽	☿	☉	♂
Aſcendēs 26 ♍	☿	☿	☽ ♄	♂	☿	☿

Mars igitur cum Mercurio eſt Almuten ſpiritus.

Almuten ſignificatorum alicuius rei excipere.

SCribe in ordinem ſignificatores alicuius rei, Deinde adiunge illis, cuilibet tamen eorum ſeorſim Dominum domus, exaltationis, ut ſupra. Exemplum iſtius noſtræ propoſitæ natiuitatis, accipe in re fratrum.

	Dom	Exal.	Trip.	Term	
Cuſpis tertiæ 26 ♏	♂	.	♀ ☽	♄	♀
Dominus eius ♂ 12 ♌	☉	.	☉ ♂	♄	♃
Conſignificat. ♂ 12 ♌	☉	.	☉ ♂	♄	♃
Dominus eius ☉ 11 ♈	♂	☉	☉ ♂	♀	☉
Pars fratrum 10 ♊	☿	.	♄ ♃	♃	♃
Dominus eius ☿ 18 ♈	♂	☉	☉ ♂	☿	☉
1 dom. tri. ♀ 28 ♈	♂	☉	☉ ♂	♄	♀
2 dom. tri. ♂ 12 ♌	☉	.	☉ ♂	♄	♃
3 dom. tri. ☽ 19 ♏	♂	.	♀ ☽	☿	☉

♄ 13
♃ 9
♂ 43 dignitates eſſentiales
☉ 47 planetarum ſimul collectæ.
♀ 10
☿ 9
☽ 6

Igitur Almuten ſignificatorum fratrum ſunt Sol & Mars, ut patet. Sic quoq; extrahe reliquos Almuten ſignificatorum.

Cæteri

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id265530032/152 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG